

Spiritus sanctificantis organum, et quasi canalus, v. 7.
 2° Omnes baptizati ex pulchra similitudine, de qua versu duodecimo usque ad finem capituli, discant, 1° se aequaliter omnes esse membra Christi, licet situ et officio diversa, v. 5; et ob hunc honorem unusquisque Deo gratias agat; 2° discant quòd nec locus, nec munus faciant Christi membrum; sed unio cum Christo : student ergo Christo uniri frequenter et intimè, non tantum per habitum fidei, sed et per actus continuos fidei, spei, et charitatis, v. 16; 3° sciat unusquisque quòd per Dei voluntatem suum locum et officium habet; hincque Dei, Creatoris omnium, voluntati subditus, suo statim sit contentus, et in eo Deum glorificet, v. 18.

5° Sciant inferiores, quòd eis proderit inferiores

CAPUT XXIII.

1. Si linguis hominum loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tintinnans.

2. Et si habero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam : et si habero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

3. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

4. Charitas patiens est, benigna est; charitas non ambulat, non agit perperam, non inflatur.

5. Non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum.

6. Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati;

7. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

8. Charitas nunquam excidit : sive prophetie evacuabuntur, sive lingue cessabunt, sive scientia destruetur.

9. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus.

10. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

11. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; quando autem factus sum vir, evacuavi que erant parvuli.

12. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem : nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.

13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc : major autem horum est charitas.

Charitatis, super omnia charismata, præcellentiam demonstrat ob tria; 1° quia maxime necessaria; sine charitate cætera non prosunt; 2° quia maxime utilis; cætera speculeni aliquam utilitatem habent, charitas omnimoda; 3° quia maxime durabilis; cætera in hæc vitâ durant, charitas in æternitate permanet. Tribus primis versibus maximam charitatis necessitatem probat : sine

fuisse; aliis itaque non invident, nec de suo statu obmurmurent : sed Dei voluntatem adorantes, et facientes, pro suo modulo servant supremo rerum omnium Domino, v. 18, 19.

4° Superiores ex v. 21, 22, 25, discant quòd nullum debeant spernere, nec adversus inferiores intumescere, 1° quia à Deo sunt quod sunt; 2° quia ad altiorum utilitatem sunt quod sunt; 3° quia aliorum operâ sic indigent, ut sine illis sua non possent officia peragere; 4° qui assepe illi, quos viles reputant, Deo sunt gratissimi, et Ecclesiæ utilissimi, v. 15. Omnes itaque simus per charitatem uniti, alter alterius curam gerat, omnia arbitremur inter nos communia, tanquam ejusdem corporis membra.

CHAPITRE XIII.

1. Quand je parlerais toutes les langues des hommes et des anges mêmes, si je n'avais point la charité, je ne serais que comme un airain sonnant et une cymbale retentissante.

2. Et quand j'aurais le don de prophétie, que je pénétrerais tous les mystères, et que j'aurais une parfaite science de toutes choses; et quand j'aurais toute la foi possible et capable de transporter les montagnes, si je n'avais point la charité, je ne serais rien.

3. Et quand j'aurais distribué tout mon bien pour nourrir les pauvres, et que j'aurais livré mon corps pour être brûlé, si je n'avais point la charité, tout cela ne me servirait de rien.

4. La charité est patiente; elle est douce et bienfaisante; la charité n'est point envieuse; elle n'est point téméraire et précipitée; elle ne s'enfle point d'orgueil.

5. Elle n'est point ambitieuse; elle ne cherche point ses propres intérêts; elle ne se pique point, et ne s'agrite point; elle n'a point de mauvais soupçons.

6. Elle ne se réjouit point de l'injustice, mais elle se réjouit de la vérité;

7. Elle supporte tout, elle croit tout, elle espère tout, elle souffre tout.

8. La charité ne finira jamais, au lieu que les prophéties s'annuleront, que les langues cesseront et que la science sera abolie.

9. Car ce que nous avons maintenant de science et de prophétie est très-impairfait.

10. Mais lorsque nous serons dans l'état parfait, tout ce qui est imparfait sera aboli.

11. Quand j'étais enfant, je parlais en enfant, je jugeais en enfant, je raisonnais en enfant; mais lorsque je suis devenu homme, je me suis défait de tout ce qui tenait de l'enfant.

12. Nous ne voyons maintenant que comme en un miroir et en des énigmes; mais alors nous verrons face à face; je ne connais maintenant qu'imparfaitement; mais alors je connaîtrai comme je suis moi-même connu.

13. Ces trois vertus, la foi, l'espérance et la charité demeurent à présent, mais la charité est la plus excellente des trois.

ANALYSIS.

Ipsa nec donum linguarum, etiam universalissimum; nec prophetie perfectissimum; nec scientie evidentissimum; nec fidei, montes etiam transferentis; nec opulationis beneficentissimum prosunt : tanta est charitatis necessitas.

§ 4, 5, 6 et 7, omnimodam probat charitatis utilitatem; omnia vitia removet, omnia bona operatur : sic

autem charitatem per effectus et officia depingit, ut et Corinthiis remedium præbeat suis infirmitatibus sanandis aptissimum. In reliquo capite perpetuam charitatis

PARAPHRASIS.

1. Etsi linguis omnibus loquar, non solum hominum, sed et angelorum, id est, omnibus linguis que sunt, aut esse possunt, seu in terris, seu in caelis; charitatem autem non habeam, factus sum sicut aes resonans, aut cymbalum inaniter tintinnans : hoc mihi inutile.

2. Supponamus aliquid dono linguarum præclarioris : licet habeam donum prophetandi perfectissimum; licet et simul habeam sapientie donum, per quod omnia fidei mysteria, etiam altissima noverim; licet et habeam præterea scientiam donum, per quod hæc mysteria, cæteris quasi palpanda, proponam; licet denique tantam fidem habeam, ut montes per illam transferre possim, resque stupendas efficere : si tamen charitas mihi desit, nullius sum apud Deum merit.

3. Omnibus supradictis addo : Etsi tanta mihi sit opulationis dos, ut omnes meas facultates pauperibus nutriendis distribum; imò si corpus meum, pro sublevandis miseris, flammis exposuero, ita ut vivus comburam : si hæc sine charitate faciam, aut potiar, nihil mihi proderunt ad salutem : charitas ergo est omnium maxime necessaria. Est præterea omnium virtutum utilissima, quia omnia mala removet, omnia bona peragit.

4, 5. Patiens est, benigna, nemini invidet, non est petulans et jactabunda, non arrogans et fastuosa; sed modesta et verecunda; non suis studet commodis, non irritatur injuriâ; imò nec malum cogitat, nec vindictam :

6. Non gaudet iis quibus malefit : congaudet autem de justitiâ et probitate proximi, quasi de sua.

7. Nihil non suffert, nihil non credit; de nemine

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Si LINGUIS HOMINUM... Viam aperit omnibus aliis excellentiorem, quam in fine precedentis capituli promisit. Hæc via charitas est, quam super omnia charismata præcellere probat : et quia donum linguarum Corinthiis pluris faciebant; hinc Apostolus, qui in præcedenti capite, quasi Corinthiorum judicium damnans, hoc linguarum donum in ultimo loco semper collocauit, in hoc capite, Corinthios pariter perstringens, à dono linguarum charitatis præcellentiam incipit ostendere.

Si LINGUIS OMNIUM HOMINUM, seu nationum ubique terrarum degentium, loquar; imò si LINGUIS ANGELO- RUM, id est, linguâ omnibus humanis præstantiore loquar. Hyperbole est, significans per exaggerationem

Vers. 1. — Si linguis hominum loquar et angelorum. Quoniam Corinthiis donum linguarum præ cæteris admirabatur, sive quia primum hoc apostoli acciperant, descendente super ipsos Spiritu sancto, Act. 2, idcirco Paulus ab eo capit exordium. Si, inquit, dono linguarum ita polleam, ut omnium gentium linguis loquar : imò et angelorum. Angelorum ergo hæc linguae non sunt sensibiles, ut vult Cajetan., sed in-

durationem assertit : cæterorum autem destructionem et ratione, et similitudinibus probat

unquam desperat; omnia, quantumcumque molesta, sustinet.

8. Denique charitas perpetua est, nunquam cessabit, etiam in patriâ permanebit. Tunc prophetia abolabitur; quia nullius usus, ubi omnia clarè videntur; linguarum donum cessabit, ubi nullus erudiendus; scientia, fide innixa, destruetur, adveniente claro lumine gloriæ.

9. Imperfecta est nunc omnis nostra cognitio, tum theologica, tum prophetica, quia parva et obscura :

10. Cum autem advenerit perfecta et clara divina essentia: visio, evanescent imperfecta theologice et prophetice cognitio.

11. Vitæ præsentis status, est quasi infantia; vita futura est status virilis. Sicut ergo cum essem infans, loquebar seu balbutiebam ut infans, sentiebam imprudenter ut infans; pueritia cogitabam ut infans : cum autem factus sum vir, abieci pueriliâ, animumque virilem indui. Ita nunc quasi infans de Deo, et de rebus divinis pueriliter cogitamus, sentimus et loquimur : tunc autem in statu perfecto perfectè et clarè cogitabimus et loquemur.

12. Nunc per fidei speculum Deum et divina obscure, indistinctè videmus : tunc autem clarè, perfectè, in suâ essentiâ videbimus; nunc pauca, et imperfectè cognosco : tunc Deum intuebor in seipso, sicut Deus intueatur meam essentiam, cognitione scilicet simili, non equali.

13. Nunc in præsentî vitâ manent fides, spes, charitas, utpote ad perfectam justitiam necessaria : inter has autem maxima est charitas, et omnium donorum Dei præstantissima.

linguas, seu idioma que sunt, aut esse possunt, sive in terrâ, sive in coelo.

CHARITATEM AUTEM NON HABEAM; FACTUS SUM VELUT AES RESONANS, AUT CYMBALUM TINTINNANS, id est, vox ficta ex similitudine soni reciproci, et undantis soni concavi, sicut tara tantara ex sono tubæ, ait Frontinus. Sicut hæc strepitum quidem edunt, forsân et audientem delectant, sed inutiliter sibi laborant; nisi quòd seipsa, dum crepant, deterunt; ita et ego sine charitate omnibus loquens linguis, factus sum homo inanis et vanus, mihi infructuosus, licet aliis forsitan non ingratus et inutilis. Sola cordis lingua, charitas, auditur à Deo, ipsi grata est, et nobis utilis.

telligibiles, scilicet hæc linguae sunt ipsi conceptus angelici, perfectissimi et pulcherrimi.

Angelorum lingua, id est, elegantissimâ lingua. Sic vilgò dicitur : Divine loquitur. Ut hoc schemate sermonis, aliquid humanis linguis excellentius significaret.

Charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tintinnans, inconditum et confusum sonum edens. Q. d. : Sonans alala, alala. Sic Appian

VERB. 2. — *Et si habuerit prophetiam...* Crescit oratio; prophetia donum pluris aestimandum est, quam donum linguarum, ut in capite 14, v. 4, dicebam. Supponamus itaque quod prophetandi donum habeam perfectissimum, sive ad futura praedicanda. Adde ad Scripturas abstrusiores explicandas. Adde quod et per sapientiae donum, omnia etiam altissima fidei mysteria intelligam: imò et quod per scientiae donum, illa aliis intelligenda, et quasi palpanda proponam. Adde tandem, quod tantam, tamque intensam fidem habeam, ut montes transferre possim, resque insolitas et stupendas efficere: Si tamen charitatem non habuero, nullis apud Deum ero pretii, nulliusque meriti. Ista quidem magna sunt, sed ego nihil sum, Augustinus.

VERB. 3. — *Et si distribuero...* Magnum sanè et rarum est omnia sua in pauperum usus erogare: majus et rarius est corpus suum rogo trahere comburendum. Licet tamen omnes meas facultates, non partem tantam, sed omnes, pauperibus nutriendis distribuero. Hoc optulationes speat. Licet ergo corpus meum (miserorum iuvandorum gratia) flammis tradidero ita ut vivus ardeam, quae mors est omnium terribilior, ait D. Chrysostomus. Si haec sine charitate aut faciam aut patiar, nihil mihi proderunt ad vitam aeternam. Haec possunt ob inanem gloriam fieri, sicut apostolorum tempore peregrinus philosophus, publicè in ludis olympicis, pro inani gloria, sese flammis tradidit comburendum. Hoc refert Lucianus, qui praesens aderat. Ex dictis concludenda restat, non modò charitatis praecellentiæ, sed et necessitatis absoluta. Sine charitate mihi inutilia sunt omnia charismata. Sine charitate mihi non prosunt omnia virtutum opera, etiam rarissima et difficillima. Omnia nostra exteriora Deus aestimat ex charitate; ipsum martyrium grammaticus ob garrulitatem dictus est *cymbalum orbis*.

VERB. 2. — *Et si habuerit prophetiam*, id est, donum prophetiae, et *noverim mysteria omnia, et omnem scientiam*, id est, omnium scientiam, scilicet eorum ad quae scientiae donum extenditur. *Et si habuerit omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Sensus est: Si fidem habeam adeo perfectam, ut per eam miracula faciam etiam maxima, factuque difficillima; quale est, hominum opinionem, mentem loco dimovere, et aliò transferre. Perfectam autem fidem dico, non à charitate, quam formatam fidem vocat theologi: sed ab illustratione intellectus circa ea quae creduntur et promissae sunt, cum fiducia impetrandi quod petitur. Q. d.: Sine charitate nihil prodest, nihil facit amicitiam cum Deo, nihil est quod homini conciliet justitiam et salutem, ne fides quidem maxima et excellentissima, quae montes transferat.

Nihil sum, id est, nullus sum pretii apud Deum; nihil istorum me Deo commendat.

VERB. 3. — *Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas.* Addidit pro exemplo operis in speciem valde praevicari: quia magni solet hoc aestimari ab hominibus, sicut et id quod sequitur.

Et si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Sensus Apostoli hic erit: Martyrium nihil prodest, nisi vel antecedit, vel sequatur, vel addit charitas, sive ut principium, sive ut terminus et effectus martyrii. Ita Catechismus et

ex charitate pensat. Debet ergo charitas ante omnia desiderari. Et hoc Apostolus ita Corinthios, charismatum zelatores, docet, ut et idem nos doceat. Hanc itaque aestimemus, hanc super omnia expectamus; sine qua nulla salus: sine qua omnia nihil. O Deus charitas! da mihi charitatem, bonitatis tue participationem; sine qua nihil bonum, nihil tibi gratum; per quam bonus efficiar, tibi gratus, tuus verè filius, te super omnia diligens; ut tuae divinae bonitatis nunc particeps factus, nam aliquando divinae tuae beatitudinis particeps.

VERB. 4. — *Charitas patiens est...* Demonstrat charitatis praecellentiæ ob necessitatem, probat nunc ejusdem excellentiam ob omnimodam illius utilitatem. Porro eam per dotes et proprietates ita describit, ut unusquisque, non Corinthiorum duntaxat, sed et nostrum, possit agnoscere num habeat charitatem, super omnia necessariam et ad omnia utilem.

CHARITAS PATIENS EST, Graec. et Syr., *longanimis*. *BENIGNA*, id est, suavis, comis, commoda, benifica. *MOROSUS* et *contentiosus* carpit, ait Theophylactus.

CHARITAS PATIENS EST, non formaliter, sed causaliter, id est, patientiam parit. Omnis virtus à charitate est, non elicitive, sed imperativè. Regina virtutum cum sit, earum actus imperat, dirigit, format et perficit.

NON EMULATUR, id est, non invidet. Hoc propter invidios dixit. D. enim Paulus ita charitatis elogium et picturam hic facit, ut et medicum Corinthiis praebat, eorum aegritudinibus sanandis aptissimum. Recordare dictorum, cap. 12, v. 4 de spiritualibus Corinthiorum infirmitatibus circa charismata et eorum usum; et hic earum medelam observabis, cum D. Chrysostomum, hom. 34, et Theophylactum. *Charitas universale remedium*, seu omnium spiritualium

Franciscus Suarez. Quasi dicat, ait Anselmus: Sine charitate nihil, licet excellens, prodest; cum charitate verò omnia, licet vilia, prosunt, sive iuncta aerea et divina. *Nihil mihi prodest*, non juro, non capio utilitatem (scilicet ut iustificet et salvet), ita Syrus. Docet ergo, non solum charismata quae propriae sunt virtutes, quibus homo bonus efficitur; sed et opera virtutum quantumvis speciosa, ac suo genere praecelera et ardua, nihil homini ad salutem prodesse, si desit charitas illa quae praestat ut Dei gloria quaeratur inprimis et salus proximorum. Adde charitatem, prosunt omnia; detrahè charitatem, nihil prosunt cetera: Sic Augustin., serm. 50 de Verbis Domini, cap. 2. Martyrium ipsum, si ideo fiat, ut admirationi et laudi habeamur à fratribus, frustra sanguis effusus est. Hieron. in Comment. Epist. ad Gal. 5.

VERB. 4. — *Charitas patiens est, benigna est.* Ambrosius legit: Charitas magnaanimia est. *Charitas patiens est*, non formaliter, sed causaliter, quia parit patientiam et benignitatem: quia patientia aequè ac benignitas non est actus elicitus, sed imperatus à charitate.

Charitas non emulatur, Graecè, *non zelat*, hoc est, non invidet. Nam emulatio, dum in vitio ponitur, invidia est; praesertim ubi quis dolet alteri obligasse quod ipse concupiscit, et non obtinuit.

Non agit perperam, perversè, procaeciter, malitiosè. *Non inflatur*, id est, per charitatem neminem super alios superbè se extollit, aut alios infra se despiciit, ut solent homines magnis donis praediti, si charitate destituantur.

agritudinum medicina et medela.

NON AGIT PERPERAM. Syr., *non est tumultuosa*. Variè admodum explicatur hoc *perperam*, perversè, procaeciter, protervè, temerariè, dissimulatoriè, petulanter et factabundè, stultè, insolè, stolidè. Non est petulans et factabundus, quod est primum genus superbiae, ait Fromondus.

NON INFLATUR, superbiæ vento ex sui existimatione nato; quod est alterum superbiæ genus. Hoc ad arrogantiam.

VERB. 5. — *NON EST AMBITIOSA*. Graecè, *non indecorè agit*. Syr., *non patrat quod pudendum est*, seu cavet quidquam agere, quod turpe sit. Menochius: Non se gerit indecorè et impudenter, sed est modesta et verecunda. Hoc noster interpres expressit, dicens: *Non est ambitiosa*. Aspiciebatur ad id quod faciunt ambiliosi, dum honoris captandi gratia, ad villa et putanda obsequia sese demittunt. Omnem superbiam à charitate removet.

NON QUERIT QUAE SUA SUNT, id est, publicum potius quam suum querit commodum.

NON IRASCITUR, id est, non exacerbatur, seu modum servat in ira: laesa vindictam non appetit, sed condonat offensas.

NON COGIT MALUM, id est, non facit malum de quoquam suspicatur, sed omnia in bonam partem accipit.

VERB. 6. — *NON GAUDET SUPER INIQUITATE*. Graecè, *super injustitiâ*. D. Chrysostomus, non latetur iis quibus malè fit. Non gaudet aut de peccato proximi, aut de malo, quod ei accidit. Hucusque mala recensuit charitati contraria, et quae removet charitas.

CONGAUDET AUTEM VERITATI, id est, de veritate. Veritas hic probitatem, integritatem, justitiam significat. Resumuntur hic charitatis proprietates. Itaque jungenda haec: *Charitas patiens est, benigna est, congaudet de bono proximi, quasi de suo*.

VERB. 5. — *Non est ambitiosa*; non pudenti charitas, quia nihil nullumque decus amat. Non reputat sibi pudori, quod fratribus sese submittat, aut abjectum et humile aliquid vel agat vel patiat: quomodo Christus ad pedes discipulorum lavandos se demisit, et crucis ignominiam sustinuit.

Non querit quae sua sunt. Ad quaerendum quae sua sunt, impellit amor sui, quae est villosa cupiditas.

Non irascitur, hoc est, non facile concitatur ad iram, sed tolerans est injuriam.

Non cogitat malum, non reputat aut non imputat culpam malum. Si laeserit ab aliquo charitas, non aestuat injuriam, nec petit vindictam, sed dissimulat, et celsat, ignoscit.

VERB. 6. — *Non gaudet super iniquitate*; non gaudet si quis malum quid et injustum faciat.

Congaudet autem veritati, q. d.: Charitas cum proximo videt justè et rectè vivere, ac proficere, non invidet, sed quasi de augmento proprii profectus gaudet et hilarescit, ad, ex S. Gregorio, Anselm.

Veritas ergo hic est aequitas, probitas, et justitia.

VERB. 7. — *Omnia suffert*, instar trabis quae impisium omni sustinet: vel potius instar palmarum, quae non succumbit oneri suo, sed magis instat fornicis erigitur.

Omnia credit, q. d.: Charitas facit cuncta credenda credere, cuncta speranda sperare, et per patientiam expectare. Charitas omnia credit non hominibus, sed

VERB. 7. — *OMNIA SUFFERT*, id est, aliorum defectus tolerat et silentio legit. Graecè, *επιτε, sulcit*, tolerat, sustinet; instar trabis.

OMNIA CREDIT; scilicet, prudenter credenda, et quae credita non nocent.

OMNIA SPERAT, id est, omnia bona de proximo sperat, illius conversionem, etc. de nullo desperat. *OMNIA SUSTINET*, calumnias, persecutiones, ipsam mortem. Ex dictis collige quod charitas omnium virtutum sit utilissima, quia omnia per eam mala vitantur; omnia bona geruntur, ait D. Thomas.

Observatio moralis.

Ex dictis agnosce, an charitatem habeas, praestantissimum Dei donum. Vide an vitia viceris, quae procul à se repellit charitas; an nulli invidias; an perperam non agas; an fastu non intumescas; an ambitu non insoleras; non tua queras; laesus non vindictam; malum non facit suspicari; non lusteris iis quibus malè fit. Vide an bona geras quae charitas imperat; an sis patiens, benificus, de bono proximi gaudens; illius defectus tolerans; omnia de illo bona credens, omnia sperans, omnia sustinens. Si ex effectibus in te charitatem, eminentissimum Dei donum agnoveris. Deo, ipsi charitati et charitatis auctori, gratias age; Deoque gratias, et ut ejus filius dilectissimus, in dilectione ambula, cresce, profice, actibus et operibus in charitate et ex charitate elicitis. Sin verò ex effectibus contrarium agnoveris, ingemisce, ora, desidera, enitere, labora, ut virtutem habeas, omnium virtutum maximè necessariam; sine qua nulla virtus; omnium virtutum maximè utilem, quae omnia mala removet, omnia bona gerit.

VERB. 8. — *CHARITAS NUQUAM EXCIDIT*. Aliam charitatis super omnia alia dona praecellentiam aggreditur depingere, ob perpetuam ejus durationem. Cetera temporalia sunt, in hac tantum vitâ manent; charitas etiam in statu patriæ permanet.

Deo: non est tarda ad credendum omnia quae credenda divinitus traduntur. Nam hominibus omnia credere levitatis est, non charitatis. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax, Rom. 3. Sic et Augustinus hanc partem intellexit, lib. de Spiritu et Lit., cap. 32, ita scribens: Ipsa charitas quae omnia credit, non omni spiritui credit: ac per hoc omnia quidem credit; sed Deo. Quia non dictum est, omnibus credit.

Omnia sperat, à Deo, non ab hominibus: omnia, inquam, quae Deus promisit ac speranda proposuit. *Omnia sustinet*, patienter expectat promissa Dei, quamvis in longum tempus dilata; faciens quod praecipit Habacuc propheta, c. 2: *Si moram fecerit, expecta eam*. Et quod Jacobus apostolus, cap. 5: *Patientes estote, fratres, usque ad adventum Domini*.

VERB. 8. — *Charitas nunquam excidit*. Sensus est, ita charitatem haberi in hoc seculo, ut si quis eam retinet usque ad exitum hujus vitae, permansura eam eo sit in vita futura. Non intermoritur, nunquam cessabit, cetera dona in gloria donati cessabunt.

Charitas nunquam excidit, scilicet per se. Nam sponte sua non pum hominem deserit, nisi prius ab eo per peccatum deseratur. Sin peccas, per se non excidit charitas, sed per vim eam ipse excidit.

Sive propheta evacuabuntur. Quae quidem omnes abolende sunt, quia non erit illarum usus in coelesti patriâ. ubi omnes clarè videbunt Deum, nihilque re-

NUNquam excidit, id est, quantum est ex se, non cessat, non destruitur, non moritur: in celo enim pericitur, non destruitur. Dicitur, quantum est ex se; et indicatur, quod sponte sua hominem non deserat, nisi per peccatum mortale expellatur. Secis est de plerisque ceteris donis et gratis, quae abolenda sunt.

SIVE PROPHECIAE EVANGELIUM, Graec., otiose redduntur: nullus in celo curum erit usus. Ibi non erit futurorum praedictio, nec obscurorum explicatio: sed omnes praesentissimam et clarissimam rerum cognitionem habebunt in Verbo.

SIVE LINGUAE CESSABUNT. Huius doni nullus tunc erit usus, quia nullus ibi erudiendus. Linguae ergo peregrinae et variae cessabunt in celo, omnes una voce Deum laudabunt: Sanctus, sanctus, sanctus.

SIVE SCIENTIA DESTRUETUR. Scientia, scilicet, nostra theologica, obscuris fidei principiis innixa, et consequenter obscura, adveniente lumine gloriae dissipabitur.

VERS. 9. — EX PARTE ENIM COGNOSCIMUS... Probat quod dixit, scientiam et prophetiam destruendas, de quibus major videtur esse dubitandi locus. Probat autem 1^o ex imperfectione illarum. Pars rationem habet imperfecti, ait D. Thomas. Revera in versu sequenti opponitur ei, perfectum. Hinc Syr.: *Modicum enim ex nullo cognoscimus, et modicum ex multo prophetamus.* Omnis ergo nostra cognitio de Deo, rebusque divinis imperfecta est, tunc quia parva et modica, quanta enim ignorant doctissimi! tum quia obscura,

motum a notitia beatorum erit illis annuntiandum aut exponendum.

SIVE LINGUAE CESSABUNT. Non dicitur linguam cessaturam, sed linguas. Non enim post resurrectionem cessabit usus linguae corporae; id est, locutio sensibilis: sed non erunt ibi genera linguarum, ac proinde nec donum linguarum. Una ergo remanebit lingua qua omnes utentur in celo, eaque futura Ihebraea, qua usus fuit Adam in statu innocentiae.

SIVE SCIENTIA DESTRUETUR. Scientia, id est, cognitio, scilicet, ut Chrysost., Theod., Theophyl., imperfecta, obscura et aenigmatica, ut ait Paulus, v. 12: puta fides et quiddam hinc nuntium, qualis scientia est theologica nostra, quae ex principiis fidei conclusionibus deducit: haec omnis in celo cessabit. Nam erit ibi alia specie theologia, utpote ex visione Dei et principis evidentissimis evidentissima. Ita Cajetan., Molina., Vasquez, et alii initio primae partis.

Scientia destruetur dicitur, quia donum scientiae, de quo dictum est cap. superiori, alii datur sermo scientiae, non habebit usum ad proximos in futuro saeculo, quando fide in speciem conversam, perfectam adimplebitur illud serm. 51: *Non docebit ultra vir proximum suum. Omnes enim cognoscemus me à minimo eorum usque ad maximum.*

VERS. 9. — EX PARTE ENIM COGNOSCIMUS, etc. Ex parte, hoc est, imperfecte. Syrus vocat: *Modicum ex nullo cognoscimus*; hoc enim modicum et imperfectum, quod partim per scientiam, partim per prophetiam cognoscimus, opponit perfectum, versu sequenti, id est, perfecta visioni et cognitioni Dei in se, et omnium in Deo. Quia revera totum quod est Dei et omnia eius attributa et perfectiones in hac vita non cognoscimus, sed soli et omnes beati illa cognoscunt: idque probat exemplo parvuli, qui uti atate, ita scientia adolescent; beati enim scientia sunt quasi viri, cum in ea nos simus pueri.

VERS. 10. — CUM AUTEM VENERIT ID QUOD PERFECTUM

utpote in fide fundata. Prophetarum item cognitio imperfecta; quia pauca tantum et aliqua, non omnia eis revelantur; et obscure tantum sub integumento symbolorum, verborum, idearum, imaginum et aenigmatum.

VERS. 10. — CUM AUTEM VENERIT QUOD PERFECTUM... Cum ergo advenerit lumen gloriae, et per illud clara divinae essentiae visio, evanescent scientia imperfecta et theologiae et prophetiae. Omnes tunc perfecti et clare cognoscent veritatem.

VERS. 11. — CUM ESSEM PARVULUS... 2^o hoc idem probat et illustrat similitudine. Status huius vite praesentis est quasi pueritia, imò infansia; vita futura est quasi status virilis. Nunc quasi infans habuitimus, pueriliter cogitamus et sentimus; tunc autem ut viri cogitabimus, loquemur, discurremus, iudicabimus.

CUM ESSEM PARVULUS, seu infans, LOQUEBAR UT INFANS, balbutiendo; SAPIEBAM, sentiebam UT PARVULUS, imprudenter. COGITABAM UT PARVULUS, etia et puerilia.

QUANDO AUTEM FACTUS SUM VIR plene aetatis, abolevi, abieci cogitationes, sensus et modos pueriles, obliteravi puerilia; animumque virilem indui. Ita et nunc quasi pueri de Deo rebusque divinis cogitamus, balbutimus; ubi vero statum perfectum attingimus, cessabit imperfecta et obscura cognitio, succedet perfecta, claraque visio.

VERS. 12. — VIDEMUS NUNC PER SPECULUM... 3^o Probat altera similitudine. Syr., *nunc quasi per speculum est, etc.* Imperfecta mutabitur in perfectam, eadem numero permanens. Quanto enim perfectius cognoscitur Deus, tanto magis amabitur et ipse, et in eo omnes electi.

VERS. 11. — CUM ESSEM PARVULUS, id est, puer, qui nunc incipit loqui, cogitare, moliri, conari, audere, ludere, et agere aliquid, uti facimus nostri parvuli.

LOQUEBAR UT PARVULUS, id est, omnia haec agebam imperfecte, prout imperfectus in parvulo seu puero infante est usus rationis. SAPIEBAM, id est, sentiebam. Parvuli enim, id est, infantes, non habent sapientiam, sed sensum. Quasi dicat: Sicut parvulus existens cogitavit et sapivi, et sensi ut parvulus, sed factus vir, cogitavit et sapivi ut vir: ita, cum venerit quod perfectum est, id est, perfecta in celo sapientia, evacuetur partialis et imperfecta scientia, quam in hac vita habemus; ut qui hic scientia sumus pueri, in celo eadem simus viri.

QUANDO AUTEM FACTUS SUM VIR, evacuavi quae erant parvuli. Aliqui vir factus, linguam abolevi, abieci, ac missas feci istas imperfectiones: et cepi loqui, sapere, cogitare ut vir. Ita nos in hoc saeculo, tanquam in pueritia, de Deo ac mysteriis divinis loquimur, sapimus, et cogitamus obscure et imperfecte: quia solam de his habemus fidei cognitionem, quae per se obscura et imperfecta est. Dum enim sumus in corpore hoc mortali, non fidem ambulamus, et non per speciem. 2^o Cor. 5. Simul atque vero futuri saeculi statum illum beati attingimus; omnem istam loquendi, sapiendi, cogitandi imperfectionem, quam secum trahit notitia fidei, prorsus abieciemus: fide scilicet in visionem, et spe in apprehensionem commutata.

VERS. 12. — VIDEMUS scilicet Deum et divina, quibus salvi et beati sumus, ut patet ex serm. 1^o nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Item eandem declarat Apostolus alia similitudine, nempe videmus specularis et obscurae, collate cum visione

cernimus in aenigmate, etc.

NUNC, in praesenti vita, Deum VIDEMUS.

PER SPECULUM, non in se, non directe, et immediate; sed indirecte et per radios reflexos, ex creaturis, ex Scripturis. Per speculum fidei obscurum; et ideo in aenigmate, in involuero aenigmatum, in umbrosis similitudinibus, difficulter et obscure. Aenigma, propositio obscura, obvoluta et cognita, seu penetrata, difficilis.

TUNC AUTEM FACIE AD FACIEM, id est, in se clare, distincte, immediate in sua essentia.

NUNC COGNOSCO EX PARTE, id est, pauca et imperfecte, tunc autem perfecte, distincte, late mihi patebunt omnia. Deum intueor, sicut me Deus intue-

clarat et directe. Videmus igitur nunc tanquam per speculum, et tanquam in aenigmate: quia Deum ac res divinas in hoc saeculo cognoscimus admodum imperfecte. Cum res in speculo representata nihil perfecte videatur, quam si eam directe in seipsa contueamur. Imperfectionem adhuc auget quod addit, in aenigmate. Per hoc enim non solum obscuritas significatur, sed etiam cognoscendi difficultas. Nam aenigma proprie questio est seu propositio, qua sub involucribus signorum quaeritur aut dicitur aliquid: quae proinde ad conjectandum et explicandum difficilis est. Hic agit de notitia Dei et mysteriorum quam per fidem habemus, perque eam scientiam quae inter Spiritus sancti charismata numeratur.

Tunc autem facie ad faciem, subaudi, videbimus. Alludit ad Moysen, de quo dicitur Exod. 33: *Loquebatur ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum.* Et Num. 12: *Ore ad os loqueretis palam, et non per aenigmata et figuras (uti alii prophetae) Dominum videt.* Significatur visio perfecta, qua nimirum videtur res in seipsa, et sicut est, ut loquitur Joan. 1^o Epist., c. 3, id est, non tantum in similitudine, sed per suam ipsius essentiam. Theophylactus appellat notitiam omnino revelatam.

Nunc cognosco ex parte, imperfecte, ut dixi v. 9. Ex parte nunc se cognoscere dicit: non solum quia pauca cognoscit ex multis, id est, mysteriorum partem ali-

Pro corollario pietatis, seu

Charitas ergo omnium virtutum maxima: tum quia maximè necessaria, v. 1, 2, 5; tum quia maximè utilis, v. 4, 5, 6, 7; tum quia maximè duratura, v. 8, 9, 10, 11, 12, 15. Hinc omnibus preferenda, et ideo praeter ceteris desideranda, quaerenda, custodienda,

CAPUT XIV.

1. Sectamini charitatem; aemulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis.

2. Qui enim loquitur linguam, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit; spiritu autem loquitur mysteria.

3. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, et exhortationem, et consolationem.

4. Qui loquitur linguam, semetipsum aedificat; qui autem prophetat, Ecclesiam Dei aedificat.

5. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam major est qui prophetat, quam qui loquitur linguis; nisi forte interpretetur, ut Ecclesiam aedificationem accipiat.

6. Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi volis loqui aut in

tur: ipsum video sicuti est, et in sua essentia, sicut me videt in mea essentia et ut sum à parte rei, clarissime et distinctissime. Intellegi, simili cognitione, non aequali. Nec enim Deum comprehendam.

VERS. 15. — NUNC AUTEM MANENT FIDES... Denique Apostolus charitatem elevat supra fidem et spem. Nunc quidem fides, spes, charitas. Ad justificationem necessariam requiruntur in omnibus, tria haec, non unum tantummodo, aut alterum; sed tria simul: non in aliquibus tantum, ut, v. g., prophetia, donum linguarum; sed in omnibus. In his autem maxima et praestantissima est charitas, regina, formaque virtutum, sine qua ceterae sunt informes, mortuae et inutiles.

quam, non omnia mysteria; sed etiam quod ea quae sibi sunt revelata, cognoscit imperfecte et obscure; nimirum per fidem, quae est argumentum, non apparentium, Hebr. 11. Quem sensum voluit tam ea quae proximè praecedunt de speculo et aenigmate, quam hoc quod sequitur, sicut et cognitus sum. Locum hunc Augustinus, lib. 12 de Trinitate, cap. 14, ita legit, *nunc scio ex parte*: dicitque sapientiam, qua Deum contemplantur, hic vocari scientiam.

Tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum, q. d.: Tum in celo perfecte cognoscam et intueor Deum sicuti est in sua essentia, et reliqua Dei et fidei mysteria, sicut ipse me movit et intuetur hoc quod sum per meam essentiam. Haec Anselm., Theophyl., Cajetan., Ambros., et Theodoret.; *cognoscam, inquit, sicut et cognitus sum*, id est, sicut notus et familiaris, qui vultum amici clare intuetur.

VERS. 15. — Nunc autem manent, fides, spes, charitas; tria haec: major autem horum est charitas. Nunc, hoc est, adhuc, scilicet in praesenti vita. Claret enim hoc capite docuit Paulus, fidem, spem et charitatem hic manere, sed in patria solam charitatem.

Major autem horum est charitas. Eadem sola nunquam excidit, sed permanet in patria: quando et fides in visionem, et spes in apprehensionem commutabuntur.

conclusio sequens ex dictis.

colenda, perficienda. Vide in initio capitis sequentis. An autem illam habeamus, agnosce ex effectibus, de quibus in v. 4, 5, 6, 7, huius capitis. Vide praesertim dicta in fine versus septimi.

CHAPITRE XIV.

1. Recherchez avec ardeur la charité; désirez les dons spirituels, et surtout celui de prophétiser.

2. Car celui qui parle une langue inconnue ne parle pas aux hommes, mais à Dieu; puisque personne ne l'entend, et qu'il parle en esprit des choses cachées.

3. Mais celui qui prophétise parle aux hommes pour les édifier, les exhorter et les consoler.

4. Celui qui parle une langue inconnue s'édifie seulement lui-même; celui qui prophétise édifie l'Eglise.

5. Je souhaite que vous ayez tout le don des langues, mais encore plus celui de prophétiser; parce que celui qui prophétise est préférable à celui qui parle une langue inconnue, si ce n'est qu'il interprète ce qu'il dit, afin que l'Eglise de Dieu en soit édifiée.

6. Aussi mes frères, quand j'viendrais vous parler en des langues inconnues, quelle utilité vous apporterais-je, si ce n'est que je vous parle en vous instrui-